This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Class 6168.78

Atlas 122535
Class 6168.78



BOUGHT WITH
THE INCOME FROM
THE BEQUEST OF
CHARLES MINOT,
OF SOMERVILLE,
(Class of 1828.)

19 September, 1884.



INSCRIPTIONES OSCAE

Iussu Vniversitatis Mosquensis Caesareae.

Nicolaus Tichonravoff rector.

Kalendis Maiis a. MDCCCLXXVIII.

SYLLOGE

INSCRIPTIONVM OSCARVM

AD ARCHETYPORVM ET LIBRORVM FIDEM

EDIDIT

IOHANNES ZVETAIEFF

PARS PRIOR

TEXTVM INTERPRETATIONEM GLOSSARIVM CONTINENS

PETROPOLI
MDCCCLXXVIII
PROSTAT LIPSIAE APVD F. A. BROCKHAUS.

class 6168.78

56

11 1884

ТИПОГРАФІЯ ИМПЕРАТОРСКОЙ АКАДЕМІИ НАУКЪ, ВАС. ОСТР., 9 ЛИН., N. 12.

FRANCISCO BVECHELERO

PROFESSORI BONNENSI

IVLIO DE PETRA

MVSEI NEAPOLITANI DIRECTORI

D. D. D.

Inscriptiones Oscae his libris compositae pleraeque in itinere quod annis 1874 — 1875 per Italiam et Siciliam feci conlectae sunt. Titulorum qui in Gallia, Germania, Britannia, Russia adservantur imagines photographicas, ectypa chartacea vel stannea, delineationes accuratissimas a viris doctis, quorum nomina infra suis locis indicata sunt, studiis nostris faventibus accepi. Quae incertis locis nunc latere vel iamdudum periisse putantur inscriptiones ex libris typis descriptis in syllogen meam sumpsi.

Tabulae quas altera operis nostri pars continet in officina Iosephi Albert photographi Monacensis factae sunt, sed cum hoc volumen iam autumno anni 1876

finitum esset, exsecrationis Campanae imaginem quae nuper edita est priori parti adieci (cf. p. 33).

Quae parva doctrina instructus ego, lector benevole, male feci, ignosce quaeso.

Restat mihi officium sane iucundissimum, ut cum omnibus viris doctis quorum doctrina, benignitate, hospitio in Italia et Germania amplissime fructus sum gratias ex animi sententia quam maximas agam, tum inprimis Ivlio de Petra Neapolitano cuius amicitiam semper in patria mea remotissima grato animo recordor, Francisco Bvechelero Bonnensi qui non solum praesentem domi suae hospitalissimae et per epistulas post reditum meum in

Russiam his duobus annis linguam Oscam me docuit, sed etiam una cum IOHANNE POMIALOVSKY amico Petropolitano taedium plagulas corrigendi libenter suscepit. Vtilissima etiam mihi fuerunt beneficia ANTONII SOGLIANO amici Neapolitani, ARIODANTIS FABRETTI Taurinensis, GABRIELIS IANNELLI Campani, HENRICI BRVNNII Monacensis, GVLIELMI MEYERI Spirensis, A. S. MVRRAY Londiniensis, ALEXANDRI GEORGIEVSKY Petropolitani, CAROLI GOERTZ Mosquensis al.; bibliothecae mihi liberalissime patuerunt Musei Neapolitani, Instituti archaeologici Germanici quod Romae est, Monacensis Regia publica.

Cum tempus hos libros edendi adveniret, opem mihi

benevole tulerunt Ministerium Instructionis publicae Russorum et Societas Philologica Petropolitana et Vniversitas Mosquensis Caesarea.

Scribebam Mosquae Kalendis Maiis a. MDCCCLXXVIII.

ARGVMENTVM

			pag.
Inscriptiones	Aequiculana 1		1
»	Frentanae 2—8		2—6
»	Samniticae 9—29		6—20
	lex sacra Agnonensis 9	6— 8	
	tituli aliorum locorum 10—29	8—20	
»	Picenae 30		21
»	Tarricinensis 31		22
»	Campanae 32—141		22—75
	Capuanae 32—51	22—34	
	Cumanae 52—55	34—36	
	Cipp. Abellanus 56	36—38	
	Nolanae 57—59	39—40	
	Herculanenses 60—61	40—41	
	Pompeianae 62—132	41—72	
	Surrentinae 133—134	72	
	Originis incertae 135—141	73—75	
»	Lucanae 142—145		75—80
	lex Bantina 142	75—78	
	titulus Anxianus 143	79	
	» Dianensis 144	80	
	oppidi Castellaccio 145	80	
»	Bruttiorum 146—152		81—82
»	Lucanae et Bruttiorum originis incertae 153—159		82—84
»	Sicilianae 160—162		85
Tituli nummorum 163—191			86—90
GLOSSARIVM			91—151
Addenda et Corrigenda			152—154

IN AEQVORVM AGRO.

1. *una lapida marmorea* inventa mense Ianuario anni 1859 in camera subterranea *nella valle sottostante a Nesce, villaggio aggregato al Comune di Pescorocchiano sul confine dell'Abruzzo Aquilano con la Pontificia Delegazione di Rieti.* Colucci.

pup. herenniu	*Pupius Herennius*
med. tuv. nuersens	*meddix tuticus Nersenus*
hereklei	*Herculi*
prufatted	*probavit.*

Ediderunt Colucci Bull. arch. nap. n. s. VII p. 90 cf. gli Equi o un periodo della storia antica degli Italiani vol. I Florentiae editum a. 1866 p. 17, Leosini Bull. dell' Inst. 1859 p. 114, unde repetierunt Corssen Zeitschr. f. vergl. Sprachf. XI p. 401 sq. et Ephem. epigr. II p. 184 n. 73, Fabretti C. I. It. n. 2732, 2, quem qui secutus est Enderis F. d. Osk. Spr. p. 8 n. IV non recte dixit hunc titulum in Campania esse inventum. Tractaverunt Minervini Bull. arch. nap. l. c. p. 91, Garrucci ibid. p. 161 sq.

Cum mire dicta sint 'herenniu' et 'hereklei', exspectaveris enim 'herennii' et 'hereklúí', cumque in vocabulis 'tuv' 'prufatted'

punctum supra 'u' omissum sit et in fine vocabuli 'hereklei' I littera pro ⊢ tradita, maxime dolendum est, quod lapis ipse, ut nobiscum per litteras Iosephus Colucci nunc Messanae praefectus communicavit, iam dudum periit.

IN FRENTANORVM AGRO.

2. Lammina aerea in fine dextro perforata in agro oppidi *Lanciano* inventa, nunc in museo Neapolitano. longa m. 0,140. alta m. 0,036. litterae altae m. 0,008.

vereias:lúvkanateís.	*iuventutis Lucanatis*
aapas:kaías:palanúd	

Tab. I n. 1 ad archetypon. Ediderunt post Guarinium Commentationes XIII p. 21 quem libellum non vidimus, Lepsius Inscr. Umb. et Osc. tab. XXVIII n. 4 qui falsum titulum esse putavit, et accuratius Mommsen Unt. Dial. p. 169 tab. VIII n. 1, ex quo Huschke Osk. u. Sab. Sprachdenkm. p. 206 n. LXX, Fabretti C. I. It. n. 2846 tab. LIII, Enderis F. d. Osk. Spr. p. 17 n. XLVI.

v. 2 'palanu' — Mommsen ceteri.

3. Imago Iovis aerea quae inscriptionem in parte inferiore habet in *Punta di Penna* prope *Vasto* inventa, nunc in museo Neapolitano. alta m. 0,047. lata m. 0,042. litterae altae m. 0,010.

iúveís	*Iovis*
lúvfreís	*liberi*

Contulimus. Tab. I n. 2 ad exemplar photographicum nobis Iulii de Petra amicitia dono missum. Ediderunt Avellino Conghietture sopra un' iscrizione sannitica. Neapoli 1841 p. 2 not. 1,

ex quo repetiit Lepsius Inscr. Umbr. et Osc. tab. adn. n. 3, et Mommsen Unt. Dial. p. 170 tab. VII n. 2, ex quo Huschke Osk. u. Sab. Sprachdenkm. p. 141 n. I, Fabretti C. I. It. n. 2844 Gloss col. 1086, Enderis F. d. Osk. Spr. p. 17 n. XLVII.

4. Tabella aerea fracta in angulis perforata *pochi passi lunghi dalla chiesolina di S. Maria della Penna dalla parte di Vasto* (L. Marchesani) anno 1850 effossa, nunc in *museo comunale di Vasto*. longa m. 0,170. alta m. 0,108. litterae altae m. 0,017.

kaal. húsidiis. gaaví . .	*Calvius Hosidius Gavius*
viíbis. úhtavis. úf . .	*Vibius Octavius Ofius*
kenzsur. patt . .	*censores . . .*

Descripsimus et charta umida expressimus. Tab. I n. 3 ad ectypon quod a Dresselio Romano nostrum in usum factum misit Petrus Romani, musei illius praefectus. Edidit Garrucci Bull. arch. nap. n. s. I p. 44 tab. III n. 2, unde Fabretti C. I. It. n. 2843 tab. LIII, Corssen Ephem. epigr. II p. 185 n. 74 cf. Enderis F. d. Osk. Spr. p. 18 n. IIL. Tractaverunt L. Marchesani Esposizione degli oggetti raccolti nel Cabinetto Archeologico Comunale di Vasto fatta per tavole e notizie. Teati 1853 p. 4 n. 55 tab. VII n. 55, Kirchhoff Zeitschr. f. vergl. Sprachf. III p. 133.

v. 1 'gaav' Garrucci ceteri. Quia reliquiae ⊢ litterae in monumento clare leguntur, hoc vocabulum cognomen esse conicimus. v. 3 'kenzstúr' Fabretti in textu, cum recte Garruccii lectionem in tabula repetierit. Sed punctum supra V litteram a Garruccio positum cum neque nos monumentum examinantes conspexerimus, neque Dresselii ectypon accuratissimum exhibeat, 'kenzsur' scribendum censemus.

5. Fragmentum tabellae aereae utrimque inscriptae, quod in regione oppidi *Vasto* repertum esse et scripturae genus et locus probat, quo antea conservatum est. *Il vivente Conte D. Filippo Ricci la* [*iscrizione osca opistografa*] *trovò in sua famiglia senza conoscer donde i suoi antenati l'avessero avuta. Erami nota nel 1838.* L. Marchesani. Nunc in *museo comunale di Vasto.* altum m. 0,055. latum m. 0,046. litterae altae m. 0,009.

a		*b*
. . . ei ? . . .		suni ?
. . . dare . .		
d]iíkúlús . .	*dies*	
. . . urseís . .		
. . . em . . .		

Descripsimus et charta umida expressimus. Tab. I n. 4 *a* ad ectypon a Dresselio Romano per Petrum Romani missum. Edidit Garrucci Bull. arch. nap. n. s. I p. 45 tab. III n. 3, unde repetierunt Corssen Zeitschr. f. vergl. Sprachf. XI p. 326 et Ephem. epigr. II p. 185 n. 75, Fabretti C. I. It. n. 2843, 2 tab. LIII, ex quo Enderis F. d. Osk. Spr. p. 18 n. IL. cf. L. Marchesani Esposiz. etc. p. 4 n. 54 tab. VII n. 54.

v. 1 I littera (an hasta litterae cuiusdam?) iam non videtur integra. v. 2 'gare' Fabretti. v. 4 'urseis' Garrucci ceteri. v. 5 ultima littera non est integra. Quoniam tabellae fragmentum nunc musei parieti adfixum est, alterius partis inscriptionem non vidimus, sed tab. I n. 4 *b* edidimus ad exemplum Garruccii.

6. . . *si legge grossolanamente graffita sull' orlo di un rottame di gran vaso rozzissimo di terracotta trovato a Fresa, paese sei miglia distante da Montenero della Bisaccia vicino il Vasto.* Mommsen. Olim fuit apud Ambrosium Caraba.

heírenem . .

Tab. I n. 5 ad exemplum Mommseni Bull. arch. nap. IV tab. V n. 4 cf. Unt. Dial. p. 170 tab. VIII n. 3, unde repetierunt Huschke Osk. u. Sab. Sprachdenkm. p. 141 n. II, Fabretti C. I. It. n. 2845 Gloss. col. 565, Enderis F. d. Osk. Spr. p. 16 n. XLI, 1.

7. Tabula marmorea fracta prope *Casacalenda* (Fiorelli), quod oppidum non longe abest a Larino Frentanorum, anno 1844 a Vincenzo Rinaldo in solio portae cuiusdam inventa, nunc in museo Neapolitano. longa m. 1,170. alta m. 0,370. litterae altae m. 0,064.

N?....	
KACEAMANAFED ESI [dum	*hanc perfecit, idem*
PROFATED	*probavit.*

Tab. I n. 6 ad lapidem. Edidit Garrucci apographo ab Ambrosio Caraba accepto prius sic: *N. Bairi. N. m. t. s. t. aram íace amanafed esidum prufated* in Memor. dell' Acc. Ercol. VII, append. p. 26, postea aliis a Caraba lectionibus acceptis hoc modo: v. 1 *Ni Bairi H.*, v. 3 *profated* in Bull arch. nap. n. s. I p. 83, unde repetierunt Henzen Bull. dell' Inst arch. 1852 p. 91 (v. 2 'kace'), Fiorelli Cat. mus. naz. di Nap. racc. epigr. I. p. 36 n. 134, Fabretti C. I. It. n. 2871, ex quo Enderis F. d. Osk. Spr. p. 13 n. XXIX; postremum apographo Richardi Schoenii conlato cum monumento edidit et tractavit Corssen Ephem. epigr. II p. 186 n. 76 qui opinionem pristinam hunc lapidem spurium esse ipse ita reliquit, ut nihil nisi initium inscriptionis a Caraba fictum esse adfirmaret. cf. Bugge Zeitschr. f. vergl. Sprachf. XXII p. 402.— Maxime dolemus quod mense Iulio anni 1875 virum illum gravi morbo correptum non potuimus videre aut de hoc titulo consulere.

8. Lammina aerea in altero fine perforata, nunc Parisiis in

museo *Louvre*. longa m. 0,102. alta m. 0,011. litterae altae m. 0,008.

pakis. tintiriis *Pacius Tintirius.*

Tab. I n. 7 ad ectypon nobis a Vladimiro Subkov amico Mosquensi missum. Ediderunt Lanzi Saggio di ling. Etr. etc. Florentiae 1824 II² vol. 3 p. 525 n. 11 ex ectypo a Giovenazzio facto, unde Lepsius Inscr. Umbr. et Osc. p. 86 tab. XXVII n. 39, Mommsen Unt. Dial. p. 190 tab. XII n. 33, alii; correctius ad ectypon a de Longpérier missum Fabretti C. I. It. n. 2904. cf. Enderis F. d. Osk. Spr. p. 18 n. L.

In omnibus editionibus Fabrettina excepta punctum inter vocabula omissum est et N littera, non Ñ exhibetur.

IN SAMNIO.

9. Tabula aerea utrimque inscripta in oppido *Agnone* anno 1848 inventa, nunc in museo Britannico. alta m. 0,28. lata m. 0,165 (A. S. Murray).

A

statús. pús. set. húrtín.	*Statuae quae sunt in templo*
kerríiín. vezkeí. statíf	*cereali: Vetusco statio*
evklúí. statíf. kerrí. statíf.	*Incluto statio, Cereri statio*
futreí. kerríiaí. statíf.	*Genetrici cereali statio*
5 anter. stataí. statíf.	*Interstitae statio*
ammaí. kerríiaí. statíf.	*Matri cereali statio*
diumpaís. kerríiaís. statíf.	*Lumpis cerealibus statio*
líganakdíkeí. entraí. statíf.	Θεσμοθέτιδι *interae statio*
anafríss. kerríiúís. statíf.	*cerealibus statio*
10 maatúís. kerríiúís. statíf.	*Matutis cerealibus statio*
diúveí. verehasiúí. statíf.	*Iovi iuventuti statio*

diúveí. regaturei. statíf.	*Iovi rectori statio*
hereklúí. kerríiúí. statíf.	*Herculi cereali statio*
patanaí. piístiaí. statíf.	*Patanae fidiae statio*
15 deívaí. genetaí. statíf.	*Divae Genetae statio*
aasaí. purasiaí.	*arae igniariae*
saahtúm. tefúrúm. alttreí.	*sanctum sacrificium in altero*
pútereípíd. akeneí.	*utroque agone*
sakahíter.	*sancitur.*
20 fiuusasiaís. az. húrtúm.	*Floralibus ad templum*
sakarater.	*sacratur.*
pernaí. kerríiaí. statíf.	*Praestiti cereali statio*
ammaí. kerríiaí. statíf.	*Matri cereali statio*
fluusaí. kerríiaí. statíf.	*Florae cereali statio*
25 evklúí. patereí. statíf.	*Incluto patri statio.*

B

aasas. ekask. eestínt.	*Arae haece exstant*
húrtúí.	*templo:*
vezkeí.	*Vetusco*
evklúí.	*Incluto*
5 fuutreí.	*Genetrici*
anter. stataí	*Interstitae*
kerrí.	*Cereri*
ammaí.	*Matri*
diumpaís.	*Lumpis*
10 líganakdíkeí. entraí.	Θεσμοθέτιδι *interae*
kerríiaí.	*cereali*
anafríss.	
maatúís.	*Matutis*
diúveí. verehasiú.	*Iovi iuventuti*
15 diúveí. piíhiúí. regaturei	*Iovi pio rectori*
hereklúí. kerriiúí.	*Herculi cereali*
patanaí. piístiaí.	*Patanae fidiae*

deívaí. genetaí.	*Divae Genetae*
aasaì. purasiaí.	*arae igniariae*
20 **saahtúm. tefúrúm.**	*sanctum sacrificium*
alttreí. pútereípíd.	*in altero utroque*
akeneí.	*agone.*
húrz. dekmanniúís. staít	*templum decumanis stat.*

Tab. II ad exemplar photographicum quod rogatu Hadriani Prachov Petropolitani faciendum curavit A. S. Murray Londiniensis. — Edidit ex stanneo ectypo a F. Sav. Cremonese misso Henzen Monum. ined. dell' Inst. arch. IV tab. LX n. 1 cf. Ann. dell' Inst. arch. 1848 p. 382 sqq., deinde Mommsen Unt. Dial. p. 128 sq. tab. VII cf. Ann. cit. p. 414 sqq. Repetierunt multi, inter quos Fabretti C. I. It. n. 2875 tab. LIV, Huschke Osk. u. Sab. Sprachdenkm. p. 3 sq., Rabastè De la langue Osque d'après les inscriptions et de ses rapports avec le latin. Rennes 1865 p. 31 sqq. tab. in fine, Enderis F. d. Osk. Spr. p. 1 sq. n. I. Nuper Cremonese hunc titulum edidit mirosque commentariolos adiecit in libello qui inscribitur Congetture sulla tavola osca di Agnone. Neapoli 1875. cf. Rivista di Filol. Class. 1876 p. 562 sqq.

A. v. 2 'kerríiín vezkeí' Mommsen puncto omisso, v. 12 'verehasiuí' Fabretti puncto supra 'u' litteram omisso. B. v. 20 'tefurúm' pro 'tefúrúm' Fabretti. — Hic titulus a viris doctis varie explicatur. Vocabulum 'statíf' = *statio* interpretamur auctore Buechelero (Populi Iguv. lustr. Bonnae 1876 p. 35): cum enim adverbia in *f* litteram exeuntia quae alii fingunt apud Oscos non inveniantur, vocabulum 'statíf' esse substantivum voluit a stirpe in *ion* desinenti derivatum, eiusdem igitur originis, cuius sunt cippi Abellani vocabula 'fruktatiuf tríbarakkiuf úíttiuf' in quibus vocales *iu* integrae restiterunt.

10. Columna parva ex lapide tiburtino reperta anno 1845

exeunte *nel luogo detto le Maechie a un miglio circa da Agnone tra' ruderi di una fabrica antica.* F. S. Cremonese. Nunc in museo Neapolitano. alta m. 0,225. crassa m. 0,120. litterae altae m. 0,020.

z. húrtiis. km. her. dúnúmna

Z. Hortius Cominii f. Veneri donum . . .

Tab. III n. 1 ad lapidem. Ediderunt Avellino Bull. arch. nap. IV p. 70 sq. tab. III n. 6 ex ectypo a F. S. Cremonese misso (cf. l. c. p. 70), accuratius Mommsen Unt. Dial. p. 174 tab. n. 7 (cf. Bull. cit. V p. 44 sq.), Fiorelli Catal. mus. naz. racc. epigr. I p. 36 n. 129. Repetierunt Huschke Osk. u. Sab. Sprachdenkm. p. 147 n. XI, Corssen Zeitschr. f. vergl. Sprachf. XV p. 246, Fabretti C. I. It. n. 2876 tab. LV, Enderis F. d. Osk. Spr. p. 12 n. XXIII.

11. Lapis tiburtinus fractus in oppido *Castel di Sangro* inventus, nunc in museo Neapolitano. longus m. 0,910. altus m. 0,190. litterae altae m. 0,055.

pk. de. pk. súvad	*Pacius Decius Pacii f. sua*
eitie. upsed	*pecunia fecit.*

Tab. III n. 2 ad lapidem. Ediderunt Guarini Mem. dell' Acc. Erc. V p. 11 et in aliis opusculis, correctius Avellino Conghiett. sopra un' iscr. sann. p. 1 sqq., Mommsen Unt. Dial. p. 171 tab. VIII n. 4, Fiorelli Catal. mus. naz. di Nap. racc. epigr. I p. 36 n. 132. Repetierunt multi inter quos Lepsius Inscr. Umbr. et Osc. p. 87 tab. XXVII n. 44 cf. tab. adn. n. 1, Huschke Osk. u. Sab. Sprachdenkm. p. 144 n. VII, Fabretti C. I. It. n. 2877 tab. LV. cf. Enderis F. d. Osk. Spr. p. 11 n. XXI.

v. 1 omnes viri docti punctum supra V litteram vocabuli súvad' positum omiserunt. v. 2 in vocabulo 'eítie' ultima littera

falso pro ⊐ incisa est. > litteram quam editores post 'upsed' indicarunt tantum ex laeso lapide ortam esse putamus.

12. Fragmentum lapidis repertum inter *Atina* et *Castel di Sangro*, nunc auctore Henzeno in oppido *Alvito*. litterae altae m 0,028.

k?:	
. inieís:	*–nieius*
avieís. aídil[is	*–avieius aediles*
i :peessl[úm	*templum*
p]rúfat[tens	*probaverunt*

Tab. III n. 3 ad ectypon Mommseni ex Italia aestate anni 1876 per Henzenum Buechelero missum et ab hoc viro humanissimo nobiscum communicatum. Edidit Garrucci sed parum accurate Bull. arch. nap. n. s. II p. 165 tab. V n. 4, rectius et plenius Buecheler Bull. dell' Inst. arch. 1876 p. 207 sq.; ex Garruccio Corssen Zeitschr. f. vergl. Sprachf. XI p. 401 et Ephem. epigr. II p. 187 n. 77, Fabretti C. I. It. n. 2870 tab. LIII. cf. Enderis F. d. Osk. Spr. p. 12 n. XXII. Omisit Garruccius, quod mirabile est, fere dimidiam partem tituli, scilicet v. 1 vestigia litterae cuiusdam (ꓘ?) et duo puncta, v. 2 'inieís':, v. 3 'aídil' et punctum praecedens quod adhuc restat. Forma lapidis ex ectypo non plane cognosci potest. Si duo sunt fragmenta, cur Garrucci non omnia vocabula ediderit, facile intellegitur.

13. Fragmentum lapidis adservatum nunc Henzeno auctore in oppido *Alvito*. altum m. 0,150. latum 0,070. litterae altae m. 0,030.

mahii[s	*Magius*

Tab. III n. 4 ad ectypon Mommseni quod ab Henzeno acceptum Buecheler nobiscum benevole communicavit. Edidit Gar-

rucci Bull. arch. nap. n. s. II p. 168 tab. V n. 6, unde Corssen Zeitschr. f. vergl. Sprachf. XI p. 327 sq. et Ephem. epigr. II p. 190 n. 84, Fabretti C. I. It. n. 2884 tab. LV, ex quo Enderis F. d. Osk. Spr. p. 14 n. XXXIV, 1.

In ectypo vestigium ⟩ litterae, cuius partem inferiorem Garrucci ediderat, neque Buecheler vir artis epigraphicae peritissimus neque nos invenimus. Descripsimus hanc litteram fide Garruccii. Memoratu digna est forma ⋀ litterae.

14. Duo fragmenta lapidis adservata nunc auctore Henzeno in oppido *Alvito*. alta m. 0,305. lata m. 0,093. litterae altae m. 0,039.

I
s
n
uru
nir?
eís
e.

Tab. III n. 5 ad ectypon Mommseni quod a Buechelero accepimus. Edidit Garrucci Bull. arch. nap. n. s. II p. 165 tab. V n. 5, ex quo repetierunt Fabretti C. I. It. n. 2887 tab. LV, Corssen Ephem. epigr. II p. 190 n. 85. cf. Enderis F. d. Osk. Spr. p. 14 n. XXXIV, 3.

BOVIANI.

15. Lapis tiburtinus *nel Calcatello di Pietrabbondante* inventus, nunc in museo Neapolitano. altus m. 0,580. latus m. 0,265. litterae altae m. 0,030.

nv. vesullia	*Novius Vesulliae-*
ís. tr.m.t	*us Trebii f. meddix tuticus*
ekík. sakara	*hoc? sacel-*
klúm. búva	*lum Bovi-*
ianúd	*ani*
aíkdafed	*aedificavit?*

Tap. III n. 6 ad lapidem. Primus edidit ex Abekeni ectypo Lepsius Inscr. Umbr. et Osk. p. 84 n. 35 tab. XXVII, ad lapidem Avellino Bull. arch. nap. III tab. V cf. V p. 51, Mommsen Unt. Dial. p. 171 tab. VIII n. 5 qui aliquot versus inscriptionis cuiusdam in parte lapidis superiore erasos esse animadvertit, Fiorelli Cat. mus. naz. di Nap. racc. epigr. I p. 35 n. 126. Repetierunt Huschke Osk. u. Sab. Sprachdenkm. p. 146 n. X, Fabretti C. I. It. n. 2874 tab. LIV, Rabastè De la lang. osq. p. 65, Enderis F. d. Osk. Spr. p. 12 n. XXIV. Num interpretatio vocabuli 'aíkdafed' = *aedificavit* et pleonasmus 'ekík-búvaianúd' = *hîc Boviani*, ut vulgo explicatur, recte se habeant dubitat Buecheler, ipse proponit *hic sacrum a Boviano aequidavit* id est fines eius ad normam derexit. Quidam pro 'aíkdafed' lectionem 'aídkafed' proposuerunt. — 'ekík' fortasse = *hoc*, scilicet acc. sing. a stirpe *eki?* sed cf. 'εκο' tituli Dianensis.

16. Sex fragmenta lapidis tiburtini, quae in corona aedificii publici fuerunt, *in contrada detta Calcatello di Pietrabbondante* mense Octobri anni 1857 inventa, nunc in museo Neapolitano. longa m. 5,100. alta m. 0,460. litterae altae m. 0,200.

gn [.] staíís. mh [.] tafidins [.] metd. t. dadíkatted
Gnaeus Staius Magii f. Tafidinus meddix tuticus dedicavit.

Tab. III n. 7 ad lapidem. Primus edidit Minervini Bull. arch. nap. n.s. VI p. 188 VII tab. II n. 1, deinde Fiorelli Cat. mus. naz. di Nap. racc. epigr. I p. 35 n. 125. Repetierunt Corssen Zeitschr. f. vergl. Sprachf. XI p. 363 sq. et Ephem. epigr. II p. 188 n. 80, Fabretti C. I. It. n. 2872 tab. LIV,

Enderis F. d. Osk. Spr. p. 12 n. XXV, cf. de Petra Giorn. scavi di Pomp. n. s. II p. 118. — Coniectura Iulii Minervini duo inscriptionis oscae fragmenta in parietes ecclesiae *S. Maria* vici *Pietrabbondante* inmissa ad hunc titulum pertinere eumque supplere opinantis, ut omittam rationem Corsseni (Ephem. epigr. l. c.), propter diversam litterarum altitudinem probari non potest.

'cn' Fiorelli Corssen. Stellulas quae post 'gn' 'mh' 'tafidins' fuerant iam non vidimus.

17. Lapis tiburtinus fractus mense Novembri anni 1857 *nel Calcatello di Pietrabbondante* effossus, nunc in museo Neapolitano. altus m. 0,640. latus m. 0,420. litterae altae m. 0,040.

urtam. líís
dsafinim. sak
upam.íak.úín
ím.keenzstur.
aíieís.maraiieís
p]aam.essuf.úmbn[a
vt.pústiris.esidu
uunated. fíís
ním.leígúss.samíi [l
úvfríkúnúss. fíf

Buecheler huius tituli carmen Saturnium sic constituit:
urtám lésd Safínim — sácupam iac oínim cénstur
Aieís Maraíeis, [p]ám essuf — ómbn[a]vt. póstiris ésidu
unáted fésnim leígos — sámii [l]óvfriconós fif,

sententiamque sic reddidit:

Votúm solvít Samnítium — únivórsum id cénsor
Aiús Mariús quod ípse — vóverát. deinde ídem
sacrís simúl legiónes — cum populó lustrávit.

Tab. IV n. 1 ad lapidem. Ediderunt Minervini Bull. arch. nap. n. s. VII p. 1 sq. tab. I, Fiorelli Cat. mus. naz. di Nap.

racc. epigr. I p. 36 n. 130, Corssen Eph. epigr. II p. 189 n. 81, ad ectypon chartaceum a Iulio de Petra acceptum Buecheler qui primus hunc titulum versibus saturniis conceptum esse intellexit Rhein. Mus. f. Phil. 1875 p. 441 sqq.; ex Minervinio repetierunt Corssen Zeitschr. f. vergl. Sprachf. XI p. 403 sqq., Fabretti C. I. It. n. 2872, 3 tab. LIV cf. Enderis F. d. Osk. Spr. p. 13. n. XXVIII, I. de Petra Giorn. scavi di Pomp. n. s. II p. 118. Errores priorum editorum iam a Buechelero et Corsseno significati sunt.

18. Quattuor fragmenta aut epistylii aedificii publici aut arae *nel Calcatello di Pietrabbondante* mense Novembri anni 1857 effossa. Tria nunc conservantur in museo Neapolitano; quartum Iulius de Petra nobiscum Neapoli communicavit iam in Samnio periisse. longa m. 1,610. alta m. 0,360. litterae altae m. 0,070.

(t. staíís. t. . e)kak. ups[annam de]ded. esídum. prúfatted
(T. Staius. T. f.) ... hanc operandam dedit, idem probavit.

Tab. IV n. 2 ad lapidem, initium inscriptionis secundum effigiem a Iulio Minervinio factam repetiimus. Ediderunt Minervini Bull. arch. nap. n. s. VI p. 189 VII tab. II n. 2, Fiorelli Cat. mus. naz. di Nap. racc. epigr. I p. 36 n. 128. Repetierunt Corssen Zeitschr. f. vergl. Sprachf. XI p. 329 sq. et Ephem. epigr. II p. 188 n. 79, Fabretti C. I. It. n. 2873 tab. LIV, Enderis F. d. Osk. Spr. p. 12 n. XXVI, 1.

Minervini in primo fragmento formam nominis 'staíís' legit, sed ex delineatione tituli in tabula lithographica repraesentata utrum 'staíís' an 'staiis' in monumento scriptum fuerit, quia pars inferior II aut ⊢⊢ litterarum non significata est, prorsus non intellegitur. Quod Corssen formam 'staíís' praetulit alium titulum eodem loco inventum (cf. n. 16) secutus, in alia inscriptione Bovianensi a nobis sub n. 20 posita 'staatiis' et non 'staatíís' clare

legitur. Ergo de forma vocabuli nostri adhuc sub iudice lis est. 'úpsed' Minervini Fiorelli alii, 'úps(annam de)ded' quia in lapide Я litterae vestigium adhuc exstat recte Corssen restituit. 'esidum' Minervini alii.

19. Lapis tiburtinus fractus mense Octobri anni 1857 repertus *nel Calcatello di Pietrabbondante*, nunc in museo Neapolitano. altus m. 0,555. latus m. 0,820. litterae altae m. 0,050.

sten . . . . . meddís	*Stenius . . . . . meddix*
túv[tíks úp]sann[am].deded	*tuticus operandam dedit*
íním prúfatted	*et probavit.*

Tab. IV n. 3 ad lapidem cuius tantummodo superior pars titulum continens repraesentatur. Edidit Minervini Bull. arch. nap. n. s. VI p. 190 VII p. 21 tab. II n. 3 qui lapidis integrioris ectypon habuisse videtur. Repetierunt Fiorelli Cat. mus. naz. di Nap. racc. epigr. I p. 36 n. 131, Fabretti C. I. It. n. 2873, 2 tab. LIV, Enderis F. d. Osk. Spr. p. 12 n. XXVI, 2, Corssen Ephem. epigr. II p. 187 n. 78 cf. I. de Petra Giorn. scavi di Pomp. n. s. II p. 118.

v. 2 's. úpsannam' Minervini ceteri. Lapis parieti musei Neapolitani male impactus est.

20. Duo lapides calcarii fracti parietibus ecclesiae *S. Maria* in vico *Pietrabbondante* inmissi. litterae altae m. 0,057.

a	*b*
g? . staatiis. l. klar . .	[aí]d. pestlúm ùpsann[úm
Gavius Statius Lucii f. Clar(us)...	*aediles templum operandum...*

Tab. IV n. 4 *a b* ad lapidem, praeterea apographum diligentissime factum misit Mariangelus S. Angelo artis medicae doctor in vico *Pietrabbondante*. Ediderunt A. Caraba Bull. arch. nap.

III p. 11 cum Avellinii interpretatione l. c. p. 12, rectius Mommsen Bull. cit. IV p. 115 tab. IV n. 2 Unt. Dial. p. 173 tab. VIII n. 6 *ab*, Garrucci Bull. arch. nap. n. s. II p. 165 qui primus 'úpsann' . . . pro 'úpsan' . . . Mommseni recte legit. Repetierunt Huschke Osk. u. Sab. Sprachdenkm. p. 146 n. IX, Fabretti C. I. It. n. 2872 tab. LIV, Enderis F. d. Osk. Spr. p. 12 n. XXV. cf. Minervini Bull. arch. nap. n. s. VI p. 187 sq., Corssen Zeitschr. f. vergl. Sprachf. XI p. 363 et Ephem. epigr. II p. 188 not. ad n. 80.

Huius tituli fragmenta a titulo sub n. 16 posito separanda esse iam supra dictum est. In signis □ □ vocabuli 'staatiis' quae nunc pro ᚾ ᚾ litteris in lapide exstant, lineola inferior aut sculptoris errore admissa aut iniuria temporum inlata est. Ex / litterae parte quam lapis exhibet minime potest ✓ littera restitui, ut Garrucci et alii fecerunt.

21. Fragmentum lapidis tiburtini mense Octobri anni 1857 *nel Calcatello di Pietrabbondante* effossum, nunc in museo Neapolitano. altum m. 0,305. latum m. 0,420. litterae altae m. 0,035.

g . . ríí.
ís.seem. . . . .
. .suv.ehpreíví . .
. .nuseíspad.hef . .

Tab. IV n. 5 ad lapidem satis dirutum. Ediderunt Minervini Bull. arch. ital. I p. 76 tab. n. 1, Fiorelli Cat. mus. naz. racc. epigr. I p. 36 n. 127, ex apographo a de Petra accepto Corssen Ephem. epigr. II p. 187 n. 82. Repetierunt Fabretti C. I. It. n. 2873, 4 tab. LIV, Enderis F. d. Osk. Spr. p. 13 n. XXVII. cf. I. de Petra Giorn. scavi di Pomp. n. s. II p. 118.

Vocabula incerta atque satis mendose edita sunt.

22. Lapis calcarius oblongus prope vicum *Molise* inter *Campobasso* et *Pietrabbondante* anno 1868 inventus etiamnunc iacet in fundo *Barone Covelli della Posta* apud sacellum *S. Maria del Piano*, in quo prius altaris munere functus est. longus m. 1,73. altus m. 0,53 (Caraba). litterae altae m. 0,043.

bn. betitis. bn. meddíss. prúffed

*Bannas (*vel *Bannius) Betitius Bannae (Bannii) f. meddix probavit.*

Tab. V n. 1 ad lapidem. Edidit ex apographo et ectypo ab Alfonso e Niccola di Jorio missis A. Caraba Giorn. scavi di Pomp. n. s. I p. 209. Qui quod addit *sul lato o piano superiore nel mezzo, alquanto verso sinistra, ha un incavo a foggio di mortaio del diametro di centim. 12, e della profondità di mill. 95*, veremur ne hoc de parte inferiore, quia lapis inversus est, dici oportuerit. Repetierunt Corssen Zeitschr. f. vergl. Sprachf. XX p. 111 sq. et Ephem. epigr. II p. 190 n. 83, Fabretti Prim. Suppl. n. 508.

Scriptura rudis. Dolendum est, quod lapis hic antiquissimus adhuc sub divo iacet omnibus et tempestatum et hominum iniuriis obnoxius.

23. Sub pede vasis ex argilla nigra facti inventi mense Martio anni 1855 *nella provincia di Molise alla distanza di circa miglia tre a settentrione di Tiro, comune. distante circa miglia dieci da Campobasso.* Minervini.

8 8

Edidit Minervini Bull. arch. nap. n. s. III p. 131, unde Fabretti C. I. It. n. 2886: **8 ∃**, qui hanc inscriptionem inter eas quae incertae regionis sunt posuit. Ubi nunc sit ignoratur, neque in museo Neapolitano eam quaesivimus.

24. Lapis arae vel basis formam referens prope *Rocca Aspromonte* anno 1777 una cum statua Minervae cretacea repertus, sed ilico a pio quodam sacerdote fractus, qui ne christiani paganorum sacrum adorarent timebat.

tanas: niumeriis:	*Tanas Numerius*
frunter	*Frunter.*

Tab. V n. 2 secundum Mommseni delineationem Unt. Dial. tab. IX n. 8 p. 174, sumptam ex Cerullii opusculo A Mons. Gürtler vescovo di Tiene confessore di S. M. la Regina delle due Sicilie sopra un' antica statua etrusca lettera di Domenico Cerulli. Neapoli 1777 (hunc libellum non invenimus). Repetita est inscriptio a multis, inter quos nominentur Lepsius Inscr. Umbr. et Osc. p. 85 tab. XXVII n. 36, Huschke Osk. u. Sab. Sprachdenkm. p. 154 n. XVIII, Fabretti C. I. It. n. 2879 tab. LV, Enderis F. d. Osk. Spr. p. 13 n. XXX.

25. Lapis rotundus coloris subflavi, utrimque inscriptus anno 1823 in oppido *Altilia* prope *Sepino* repertus, nunc in museo Neapolitano. altus m. 0,052 latus m. 0,075 litterae altae m. 0,012.

pis: tiú:	*Quis tu?*
íív: kúru:	
púiiu: baíteís:	*cuia baetis?*
aadiieís: aíifineís?:	*Adii Aefini.*

Contulimus. Tab. V n. 3 *a. b* ad delineationem, quam nostrum in usum faciendam curavit Iulius de Petra. Ediderunt Lepsius Inscr. Umbr. et Osc. p. 89 tab. XXVIII n. 3, qui non recte spurium titulum putavit, Mommsen Bull. dell' Inst. arch. 1846 p. 72 Unt. Dial. p. 176 tab. VIII n. 10, unde Huschke Osk. u. Sab. Sprachdenkm. p. 149 n. XII, Fabretti C. I. It. n. 2878 tab. LV, Enderis F. d. Osk. Spr. p. 14 n. XXXII.

Nuper Bugge hunc lapidem amuletum esse putavit Zeitschr. f. vergl. Sprachf. XXII, p. 438 sqq., sed vide interpretationem Buecheleri Rhein. Mus. f. Phil. 1878 p. 29.

26. *Iscrizione — sta in mattone infranto di un palmo e mezzo, trovato nel 1843 in un podere del mio amico D. Bonifazio Chiovitti medico a Bojano, al Castellone ad un miglio da Bojano e posseduto ora da lui.* Mommsen anno 1846.

ı. t. pk. laí. pk ... *Pacius Laesius? (Laius?) Pacii f.*

Tab. V n. 4 ex Mommseno Bull. arch. nap. IV tab. V n. 3 cf. Unt. Dial. p. 175 tab. VIII n. 9. Repetierunt multi inter quos, ne de aliis dicamus, Huschke Osk. u. Sab. Sprachdenkm. p. 157 n. XVII, Fabretti C. I. It. n. 2880 tab. LV, Enderis F. d. Osk. Spr. p. 17 n. XLIII, 16.

27. Tabula marmorea reperta circa annum 1750 in oppido *Macchie* Beneventanae dioecesis. Neapolim translata nusquam apparuit. Apographum inscriptionis diligenter factum Beneventi in aedibus Vincenzo Colle de Vita adservatur.

sakarak]lum maatreís *sacellum Matris*
ras futre e

Contulimus. Tab. V n. 5 ad exemplar Garruccii. Primum edidit litteris conversis nec bene delineatis de Vita in Thesauro Antiquitatum Beneventanarum I, app. p. LXI, tum recte positis Mommsen Unt. Dial. p. 176 tab. VIII n. 12, unde Huschke Osk. u. Sab. Sprachdenkm. p. 156 n. XXV, Fabretti C. I. It. n. 2895 tab. LV, melius sed litteris vero pulcrioribus Garrucci Dissertazioni archeologiche. Romae 1862 tab. IX n. 1 p. 93. cf. Iscrizioni di Benevento. Romae 1875 p. 15, E. Isernia Istoria della città di Benevento. Beneventi 1875 Vol. I p. 102.

Lineas quibus partes superiores ⋎ ⋁ et ⊢ ∃ litterarum in apographo coniunguntur nihil aliud esse nisi fracti lapidis simulacrum conicimus.

28. Lapis in *Castello della Baronia* prope *Grottamaiandra* repertus. *Mi recai apposta al castello per prenderne copia esatta; ma con mio rammarico lo stesso possessore della pietra mi disse che l'aveva fatta spezzare e buttare nelle fondamenta della sua casa.* Mommsen.

km. b[a]bbiis. km *Cominius Babbius Cominii f.*

Tab. V n. 6 ad apographum Friderici Cassitto a Mommseno prolatum in Unt. Dial. tab. VIII n. 13 (cf. p. 177 et Bull. arch. nap. V p. 43), unde Huschke Osk. u. Sab. Sprachdenkm. p. 157 n. XXVII, Fabretti C. I. It. n. 2881 tab. LV, Enderis F. d. Osk. Spr. p. 14 n. XXXII; de aliis qui male ediderant cf. Mommsen et Fabretti ll. cc.

29. Trapezophoron ex lapide tiburtino in fine unguem leonis referens, nunc in museo Neapolitano. altum m. 0,695. latum m. 0,136. litterae altae m. 0,020.

mitl. me	*Me-*
tiis mh	*tius Magii f.*
fíml. ups	*perfecit*

Tab. V n. 7 *a. b* ad lapidem. Ediderunt multi, sed ante Mommsenum Unt. Dial. p. 176 tab. VIII n. 11 nemo recte legit. cf. Fabretti C. I. It. n. 2885, Huschke Osk. u. Sab. Sprachdenkm. p. 154 n. XIX, Enderis F. d. Osk. Spr. p. 14 n. XXXIII, 2.

'mitl' et 'fíml' nominativi sing. stirpium *mitlo* et *fímlo* viris doctis videntur, sed veremur, ne scripta per compendium sint vocabula.

IN PICENO[1].

***30.** Glandes missiles ex agro Asculano Parisios ad Feuardent rerum antiquarum negotiatorem et in Antiquarium Berolinense transportatae.

g. paapi g *Gavius Papius Gavii f.*

Ediderunt Desjardins Desiderata du Corp. Inscr. Latin. Vol. II p. 14. 1*b*. tab. II n. 39 sqq. Th. Bergk Jahrbücher des Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande 1875 p. 15 n. 4: 'g. paapi g' et in latere 'g. p', p. 16 n. 5: 'g. p. g' cf. Tab. I n. 2, unde sumpsimus tab. V n. 8.

Sed cum viris doctis harum rerum peritissimis glandes missiles pleraeque lucri causa a vafris Italis inscriptae videantur, ita ut veri et falsi tituli vix discerni queant, nos genuinas esse oscas illas inscriptiones haud quaquam spondemus. vide K. Zangemeister Monatsber. d. königl. Akad. d. Wissensch. zu Berlin 1876 p. 64 sqq. et Bull. dell' Inst. arch. 1877 p. 172 sqq., ubi de effossionibus prope *Ascoli-Piceno* mense Septembri a. 1877 factis legimus: . . . . *Vi furono trovate anche 24 ghiande anepigrafi e due coniscrizioni in parte inedite. La prima di forma ovoide ha la leggenda* ЯƎ⅂ *e nel rovescio* MO9: *nel terzo lato sono tre lettere indecifrabili, nel quarto* SΛL *ossia* ƧVS cet. (p. 175).

IN AGRO TARRICINENSI.

31. Tessera eburnea litteris latinis inscripta, quam ex agro

1) Inscriptiones Picenae hoc loco nostro errore positae sunt.

Tarricinensi acceptam olim habuit Saulini Romanus rerum antiquarum negotiator. Ubi nunc sit, ignoratur.

STATIS. CLÓIL. C *Statius Cloilius Gavii f.*

Edidit Brunn Bull. dell' Inst. arch. p. 37 cf. G. Wilmanns Ephem. epigr. I p. 32 qui titulum oscum esse animadvertit, Corssen Ephem. cit. II p. 184 n. 72.

'Cloil' miramur si non est scripturae compendium.

IN CAMPANIA.

CAPVAE.

32. Lammina fictilis fracta stelae formam exhibens utrimque inscripta *ne' fondi del sig. Patturelli alle Curti* anno 1873 reperta, nunc Capuae in museo Campano. alta m. 0,100. longa m. 0,360. litterae altae m. 0,030.

a in altera parte personae radiatae effigie decorata:

pumperias. pustm[as
kluvatiium

b in altera parte porci effigie ornata:

pum[p]erias. pustm[as
kluvatiium

Descripsimus et charta umida expressimus. Tab. VI n. 1 *a. b* ad exemplar photographicum a Gabriele Iannellio missum. Ediderunt Minervini Verb. d. Comm. Conserv. di Terra di Lavoro. Torn. 1 Ottob. 1873 p. 99, Corssen ex apographo a Mommseno accepto Ephem. epigr. II p. 163 n. 14. Is sic interpretatus est: *Pomperiae Postumiae et Clovatiorum*, sed, ut nobiscum Buecheler communicavit, vocabulum 'pumperias' fortasse cum eodem

verbo linguae umbricae (Tab. Eug. II *b* 2 cf. Bréal Les Tabl. Eug. p. 261 sq.) conferendum est et ad partitionem gentium referendum, 'pustm[as]' ut sit numeri loco pro *postrema*. cf. Rhein. Mus. f. Phil. 1878 p. 45 = *decuriae? postremae Cluatiorum.*

33. *Zu den oskischen Terracotta-Stelen vom Heiligthum bei Capua (*sc. in fundo *Patturelli alle Curti) ist neuerdings eine weitere gekommen, jetzt im Museo Campano, publ. Notizie degli scavi (Accad. d. Lincei) 1876 p. 190 und Giorn. d. scavi di Pompei III 214. Ich habe folgende Copie vor einigen Tagen in Capua genommen. Vorderseite: weibl. Kopf, Gewand über den Hinterkopf, Locken ganz nach Art der Votiv-Antifixe behandelt, darunter*



Rückseite: Schwein eingeritzt nach links, darunter



sic in epistula a Fr. de Duhn Buechelero missa mense Sextili anni 1877 et ab hoc viro nobiscum nuperrime communicata. cf. Buecheler Rhein. Mus. f. Phil. 1878 p. 45 not.

In *Notizie* l. cit. vocabulum >ΝΙΙΛΥΣΞΞΓ falso expressum esse, iam in libro qui inscribitur Сборникъ осскихъ надписей съ очеркомъ фонетики, морфологіи и глоссаріемъ. Кіевъ 1877 animadvertimus (p. 59 n. 185).

34. Lammina fictilis fracta stelae formam referens utrimque inscripta, in altera porci sinistrorsum currentis, in altera trium florum effigie decorata, effossa mense Septembri anni 1873 *ne' fondi del sig. Patturelli alle Curti, a dove estendevasi l'antica*

Capua. Minervini. Nunc Capuae in museo Campano. alta m. 0,140. longa m. 0,530.

a in parte porci effigie ornata:

ekas. iúvilas. iuveí. flagiuí. stahínt.
minnieís kaísillieís minateís. ner.
Hae iovilae Iovi Flagio stant
Minii Caesellii Minatis nobilis
(principis).

b in parte florum effigie decorata:

minieís. kaísillieís. minateís. ner.
ekas. iuvilas. iuvei. flagiuí
stahint
Minii Caesellii Minatis nobilis
hae iovilae Iovi Flagio
stant.

Descripsimus et charta umida expressimus. Tab. VI n. 2 *a.b* ad exemplar photographicum quod Gabriel Iannelli musei Campani custos, qua est humanitate, nostra gratia faciendum curavit. Primus edidit et interpretatus est Minervini Verbale della Commissione Conservatrice dei monumenti ed oggetti di antichità e belle arti di Terra di Lavoro. Tornata del 1° Ottobre 1873 p. 99 sqq., unde Corssen Ephem. epigr. II p. 162 n. 13, deinde emendatius in Philol. 1875 p. 115 sqq., ex ectypo a Gabriele Iannellio misso Buecheler Jen. Litterarzeit. 1874 p. 609.

a. (= *b* Minervinii Corsseni) v. 1 'minnieis kaisillieís' Minervini Corssen, 'ner' puncto quod in titulo extat omisso Minervini Corssen. v. 2 'iuvilas iúveí' Minervini Corssen.

b. (= *a* Minerv. Corss.) v. 1 'minieis' Minervini Corssen, 'iúvilas' Buecheler, 'iúveí' Minervini Corssen Buecheler. Cum in ectypis et Minervini et Buecheler 'iúveí' legerint, satis pro-

babile est, quod olim hi viri doctissimi interrogantibus nobis dixerunt, punctum supra V litteram positum, quo tempore nos monumentum examinassemus et expressissemus, iam evanuisse. De hoc titulo viri docti valde dissentiunt: 'minieís kaísillieís minateís' trium gentium nobilium Campanarum nomina Minervini putavit, trium virorum nobilium Campanorum Corssen, unius viri tria nomina Buecheler. Buechelerum sequimur, quia Osci praenomine et nomine et quod rarius fuit cognomine utebantur. Minervini quod nomina illa casu nominativo pl. enuntiata esse statuit, hoc declinationis oscae exemplis probari non potest, at Flagium Iovem dici Fulguratorem recte idem intellexit.

35. . . *due frammenti che ultimamente furon* [in fundo *Patturelli alle Curti*] *trovati ed ora sono in Berlino: 1) nella parte superiore un porco rivolto a sinistra, disotto* . . . . . ƎƆ; *la parte posteriore è liscia; 2) di sopra (o a destra, come vuolsi) tre dischi rigonfi nel mezzo, somiglianti a piatti rovesciati, presso ai quali tre linee di un' iscrizione distrutta cominciano in questo modo*

ƆIꓭ
ꓭ
ƆIƎꓤ

la parte posteriore è liscia Fr. de Duhn in Bull. dell' Inst. arch. 1876 p. 184.

36. Lammina fictilis fracta in stelae speciem figurata in utraque parte inscripta, quae in altera protomen mulieris galea indutae, in altera porci sinistrorsum currentis ornamentum habet, anno 1853 in agro Capeno inventa, nunc in museo Neapolitano. alta m. 0,140. longa m. 0,530. litterae altae m. 0,015.

a. kluva. . .
diuvi. . .
damu. . .

b. **kluv. . .**
damuse. . .
diuvia. . .

Tab. VI n. 3 *a. b* ad lapidem. Ediderunt Garrucci Bull. arch. nap. n. s. I p. 182 tab. XIII n. 2, Guidobaldi Damia o buona dea. Napoli 1865 p. 93, Fiorelli Cat. mus. naz. di Nap. racc. epigr. I p. 36 n. 135. Repetierunt Minervini Bull. cit. II p. 167 Verb. della Comm. Conserv. di Terra di Lavoro. Torn. 1° Ottob. 1873 p. 102 sq., Corssen Zeitschr. f. vergl. Sprachf. XI p. 322 et Ephem. epigr. II p. 161 n. 10, Fabretti C. I. It. n. 2752 tab. XLVIII, Enderis F. d. Osk. Spr. p. 17 n. XLIII *a. b.*

Inscriptio tam mutilata est, ut restituere eam difficile sit. Cluatios tamen et deam Ioviam agnoscimus.

37. Lammina fictilis fracta tanquam stela formata cum Palladis vel mulieris galeatae protome et porci se defendentis effigie, reperta inter Casertam et Capuam, nunc in museo Britannico. litterae altae m. 0,035.

viriium	*Virriorum*
vesulia . . .	*Vesulli . . .*
deivin. . .	*divin . . .*

Tab. VI n. 4 ad exemplar photographicum, quod nostra gratia faciendum curavit A. S. Murray Londiniensis. Praeterea ectypon litterarum chartaceum a Carolo Newton Londiniensi accepimus. Edidit et commentatus est Lignana Bull. dell' Inst. arch. 1869 p. 73 sq., unde Fabretti Prim. Suppl. n. 496, Corssen Ephem. epigr. II p. 161 n. 12 qui secundum vocabulum ut genetivum sing. stirpis *vesulliaio* interpretatus est, sed cf. Buecheleri Rhein. Mus. f. Phil. 1878 p. 45 in nota.

Protomen non esse Medusae imaginem, ut Lignana et Corssen

putarunt, Gulielmus Meyer amicus Spirensis nos docuit, quam sententiam esse veram per litteras A. S. Murray confirmavit. v. 1 ⋀ et v. 2 N litterarum formae memoratu dignae sunt.

38. Pars superior lamminae fictilis imagine mulieris ornata, in agro Capeno anno 1853 inventa nunc in museo Neapolitano. alta m. 0,240. lata m. 0,113. litterae altae m. 0,015.

ni *Numisius*
fiisu. . .
vesu. . .

Tab. VI n. 5 ad lapidem. Ediderunt Garrucci Bull. arch. nap. n. s. II p. 163 tab. V n. 1, Fiorelli Cat. mus. naz. racc. epigr. I p. 37 n. 136, Corssen Ephem. epigr. II p. 161 n. 11; repetiit Fabretti C. I. It. n. 2756 tab. XLVIII, ex quo Enderis F. d. Osk. Spr. p. 16 n. XL, 5 qui hanc inscriptionem inter 'Gemalte Inschriften von Campanischen Vasen' posuit. cf. Minervini Bull. cit. p. 167 et Verb. della Comm. Conserv. di Terra di Lavoro. Torn. 1° Ottob. 1873 p. 103.

v. 1 punctum quoddam supra N litteram et multas quas tabula nostra praebet lineas ferrea fodientium instrumenta effecerunt.

39. Inscriptio impressa fragmento tegulae reperto per autumnum anni 1875 in fundo *Patturelli alle Curti*, nunc Berolini in Antiquario.

mame. . .

Per litteras nobiscum communicavit Gabriel Iannelli musei Campani custos. Edidit Duhn Bull. dell' Inst. arch. 1876 p. 184.

40. *Io possedo per la gentilezza del sig. Patturelli il piede di un vasetto di vetro ivi* (sc. in fundo *Patturelli*) *trovato con la iscrizione nel circolo impressa*

ƨITTIЯ≡
CΛИOLΓ

da confrontarsi con quelle messe assieme dal Mommsen Ephem. epigr. I p. 9 nr. 7 e 8. Fr. de Duhn in Bull. dell' Inst. arch. 1876 p. 177 adnot. 1.

41. Lapis tofaceus anno 1723 in agro Capeno inventus. fuit apud Mazocchium.

eka: trisiu	*haec? test* [amento]
med kapva	*meddix Capuanus*
sakra:. use	*sacra*
e. a: . miia:	
n. ssimas:	

Edidit teste Mommseno Mazocchi Saggi dell' Acc. di Cortona T. III, unde saepissime repetebatur. vide Mommsen Unt. Dial. p. 177 tab. VIII n. 14, Fabretti C. I. It. n. 2751.

In III ƨIOT Mommsen ИTƨIOT inesse recte coniecit.

42—46. Quinque tituli sepulcrales reperti in duabus cameris subterraneis ad *S. Maria di Capua Vetere* a Galozzi et Doria anno 1867 effossis.

42. In camera sinistra in opere tectorio lecti titulus rubro colore pictus, nunc in promptuario musei Neapolitani. litterae altae m. 0,074.

upfals. patir. miínieis *Upfalus pater Minii.*

43. Titulus rubro colore pictus in opere tectorio, quo lectus mortuarius decoratus erat, nunc in promptuario musei Neapolitani. litterae altae m. 0,064.

upfals salaviis: minies *Upfalus Salvius Minii f.?*

Textum sumpsimus ex editione Iulii de Petra, qui fere integram inscriptionem viderat. Nos contra quam mancam invenerimus aestate anni 1875 ex tab. VII n. 2 apparet. Integriorem invenerat Corssen anno 1871.

44. In opere tectorio lecti mortuarii

kluv. . .

45. In lecto titulns colore nigro pictus.

min. u. . .

Haec duo fragmenta (n. 41. 42) quoniam frustra quaesivimus in oppido *S. Maria di Capua Vetere* aestate anni 1875, credimus id quod nobis custos Amphitheatri Campani adfirmavit aut periisse ea aut in sepulcro iterum nunc obruto delituisse.

46. In alio eiusdem camerae lecto

u . . .

Tab. VII n. 1. 2 ad monumentum. Omnes titulos una cum commentario et ampla sepulcri descriptione edidit Iulius de Petra Giorn. scavi di Pomp. n. s. I p. 235 sqq., deinde titulos n. 39. 40 tractavit Corssen Zeitschr. f. vergl. Sprachf. XX p. 99 sqq., idem una cum ceteris secundum Iulium de Petra repetitis in Ephem. epigr. II p. 159 sq. n. 2—6. cf. Fabretti Prim. Suppl. n. 497—500.

47—48. Tituli sepulcrales nigro colore picti reperti in sepulcro a Galozzi et Doria detecto anno 1872 ad *S. Maria di Capua Vetere* in loco qui dicitur *Quattro Santi*, nunc in museo Campano.

47. In aliquot fragmentis operis tectorii pictura ornati, quae scite Iulius Minervini composuit. litterae altae m. 0,018.

vibi[s] smintiis vibis: smintiis: sum..
Vibius Smintius . . . .

